

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Catalogus Bibliothecae Ern. Gotthelf Beckeri, Sereniss.
Principis Electoris Saxon. A Consiliis Aulicis Et In Concilio
Sanctiori Referendarii, Auctione Publica, Parata Pecunia
Vendendae**

Becker, Ernst Gotthelf

Dresdae, 1773

VD18 10547401

Lecturis

[urn:nbn:de:gbv:45:1-627001](#)



LECTURIS

S.

Non opus est multis efferre laudibus, cuius Catalogum sistimus, Bibliothecam, quippe quae ipsa, ut speramus, satis sese probatura est harum rerum intelligentibus. Non inutile tamen, nec ab hoc instituto & loco alienum putamus, praecipuas ejus dotes, vel eorum gratia, quibus totum perlustrare Catalogum non vacat, paucis commorasse. Erat animus b. possessori bibliothecam habere talem, quae non quidem nimio ambitu & copia librorum

❧ ❧ ❧

ex omni scientiarum genere petita conspicua esset; sed quae potissimum studiis ipsius praे aliis adamatis inserviret. Delectabatur autem praecipue lectione & usu auctorum illorum veterum Graecorum & Latinorum, qui fontes omnis eruditionis humanae jure quodam suo habentur.

Praeter hos maxime historiae literariae & antiquitatis eruditae amor & studium adeo ejus animum occupaverant, ut nihil non, quod huc pertineret, nosse, nihil non, quod extare nosset & vel quovis pretio parari posset, ipse possidere gestiret. Huic laudabili ardori, huic indefesso colligendi studio suam debuit originem & incrementa Bibliotheca Beckeriana, quae, cum nunc tristem, at
commu-



=====

communem fere, bibliothecarum privatarum sortem experiri debeat, in Catalogo ejus ordinando & conficiendo, id potissimum negotii nobis incumbere putavimus curaeque habuimus, ut inde de dignitate & insigni praestantia hujus collectionis rite judicari posset.

Agmen ducunt auctores veteres Graeci & Latini cum suis interpretibus & commentatoribus, quorum, sive numerum species, sunt enim omnino 1284. justa volumina, sive editionum praestantiam & externum cultum, insignem adesse talium librorum apparatus, cuivis patebit. Inter has, praeter nonnullas memorabiles Seculi XV. editiones, Juntinas item & Stephanianas quamplurimas, eminent praesertim Aldinae multo

—

studio a b. possessore congestae. Adsunt
enim Graecarum in omni forma 76.
Latinarum 53. Et in his quidem mun-
ditiae & splendoris adeo studiosus erat,
ut saepe unius ejusdemque editionis
bina vel tria exempla conquireret, ex
iisque unum fieri juberet sine omni
naevo aut macula, quod suae Biblioth-
cae insereret. Exinde pleraque miri-
nitoris sunt.

Recentiorum vero auctorum veterum
editionum, nulla fere alicujus momenti,
quae quidem ante nuperum fatale bel-
lum prodiisset, in hoc catalogo desidera-
bitur.

Hos excipiunt Historiae litterariae
cum universalis tum particularis scripto-
res,



❧ ❧ ❧

res, & hi quidem tanto numero & dele-
ctu, ut nihil propemodum deesse videatur,
quod ullo tempore aut loco scriptum de
tali argumento extat.

*Nec minus locupletem & plenum, qui
nunc sequitur in hoc catalogo, appara-
tum epistolographorum, Latinorum pree-
sertim, reperies, quibus, ut inter omnes
constat egregie illustratur omnis litera-
rum & literatorum historia, quibusque
legendis adeo delectabatur b. possessor, ut
ex ore ipsius aliquando audiiisse memine-
rim, se istos epistolographos ad unum
omnes non perleguisse solum, sed excerpta
quoque inde literaria, in aliquot volu-
mina relata sibi confecisse, quae malo
quodam fato, durante nupero bello, sibi
ablata esse, saepius dolebat. Et dolen-*

❧ ❧ ❧

dum sane eo magis est ista periisse aut in
manus imperitas incidisse, quo melius
perspiciebat ille, quid in hoc literarum
genere rarum, exquisitum nec ubivis ob-
vium esset.

*De sequentibus Oratorum, Poëtarum
recentiorum, Philologorum, Criticorum,
Classibus, quamquam egregio quoque ap-
paratu instruclias esse quivis intelliget,
dicere nihil attinet.*

Sed prae ceteris lucupletem & excel-
lentem, tam magnis & splendidis ope-
ribus, quam minoribus libellis reperient
lectores Classem VII. quae continet Scri-
ptores antiquitatum & rei numismaticae,
de qua quidem re multa hic praedicare si
vellemus, injuriam facere iudicio lecto-
rum nobis videremur.

Nec





Nec defunt in reliquis & extremis
hujus catalogi classibus, licet non adeo
magna copia refertis, quamplurimi p-
stantes & rariores libri, de quibus mone-
re harum rerum peritos & judices compe-
tentes, superfluum esset.

Unum idque proprium fere huic Bi-
bliothecae decus & ornamentum praeter-
eundum prorsus silentio non est, nimirum
insignis iste & immenso studio congestus
apparatus Commentariorum minutorum,
Dissertationum, Prolusionum, Schedia-
smatum &c. quae in certos relata fascicu-
los, suo quaeque loco, in hoc catalogo
indicantur. Horum singulorum tituli, in
tanta ipsorum copia, & ob metum, ne in
nimiam accresceret molem catalogus, ex-
hiberi haud potuere. Raritatis notas ad-

*dere libris, quamvis facillimo negotio
fieri potuisset, nec frequens ejus occasio
defuisset, non libuit, dum certum est his
facile carituros rerum peritos; imperitis
vero formulis istis solemnibus: liber ra-
rus, rarissimus, raritatis immensae, stu-
pendae &c. parum consultum fore.*

*Ceterum omnes hi libri, uti per se &
ab interno valore editionumque praestan-
tia; ita non minus, quoad maximam
partem, a nitore exemplorum & cultu ex-
terno, sese commendabunt.*

*Exteris, qui non habent in hac urbe,
quibus mandent negotium librorum emen-
dorum, operam suam offerunt, sola ami-
citia erga b. possessorem & gentem Be-
ckerianam duci: V.S.R. Dn. M. Joh.*

GOTT-



❧ ❧ ❧

GOTTFRIED STRAUSSIUS, Concionator aulicus, V. C. Dn. JOH. FRI-
DER. WACKERUS, Musei rerum antiquariorum Dresdensis Inspector, & Dn.
GEORG. CONRAD WALTHERUS,
Sereniss. Elector. a consiliis commerciorum & Bibliopola aulicus, spondentque
se diligentia & fide omnibus, quoad fieri possit, satisfacturos.

Pecunia pro libris in hac auctione acquisitis solvenda pro valore in Saxonia Electorali ipsi legibus constituto accipietur, scil. in vollwichtigen Louisd'or à 5 Thlr. in vollwichtigen Ducaten à 2 Thlr. 20 Gr. sive in moneta argentea apud nos usitata, in Conventions-Silbergelde.

Restat unum adhuc idque emtorum caussa monendum, ut non paginam tan-

tum



—————
tum Catalogi & numerum librorum emen-
dorum accurate designent, sed ad mini-
mum primum cuiusque libri tituli verbum
adscribant, ne forsan errandi nascatur
occasio. Dresdae, d. XXV. Novembr.

An. CICCI CCLXXIII.



Conspectus



CONSPECTUS CLASSIUM BIBLIOTHECAE BECKERIANAE.

CLASSIS I.

Auctores veteres Graeci & Latini.

SECT. I. Auctores Graeci, pag. 1 - 71.

- 1) Grammatici & Lexicographi, in fol. p. 1.
in 4. p. 16. in 8. & 12. pag. 37.
- 2) Rethores, Oratores & Epistolographi, in
fol. p. 2. in 4. p. 18. in 8. & 12. p. 38.
- 3) Poëtae, in fol. p. 4. in 4. p. 20. in 8. &
12. p. 42.
- 4) Geographi & Historici in fol. p. 5. in 4.
p. 25. in 8. & 12. p. 52.
- 5) Philosophi, Physici, Medici, Mathema-
tici & Astronomi, in fol. p. 9. in 4. p. 28.
in 8. & 12. p. 56.

SECT. II. Auctores Latini, pag. 71 - 110.

- 1) Grammatici & Lexicographi, in fol. p. 71.
in 4. p. 77. in 8. & 12. p. 90.
- 2) Rethores, Oratores & Epistolographi, in
fol. p. 72. in 4. p. 78. in 8. & 12. p. 92.
- 3) Poëtae, in fol. p. 73. in 4. p. 79. in 8. &
12. p. 94.
- 4) Geographi & Historici, in fol. p. 75. in
4. p. 85. in 8. & 12. p. 103.

5) Phi-

